| Text | Maius / [die] 2 Legi de Peccato originis in actu primo & secundo / [die] 3 Ob nuptias Domini Magistri Hornei legere / [die] 5 non potui / } [diebus] 9 [et] 10 Nullum peccatum ex re & sua natura veniale esse probavi / } [diebus] 12 [et] 13 Legi de peccatis actualibus / } [diebus] 16 [et] 17 Legi de peccato in Spiritu Sancto / [die] 19 Erat Festum Ascensionis / [die] 20 Legi de caussa peccati / [die] 23 Doctrinam de Peccato absolvi / [die] 26 Ob negotia neccessaria expedienda Goslariam profectus sum / Fridericus Ulricus Calixtus / [v] Ob nuptias, Promotiones, Examina publica & alia solennia a Festo Pentecostes usque Iohanis Baptistae legere non licuit / Von Ostern bis Iohannis 1653 |

| | |
|---|---|
| Quelle | 37 Alt 204, H.1, 60 |
| Zeitraum | 27.06.1653–19.08.1653 |
| Text | Iunius / Die Lunae post Festum Iohannes Baptistae [qui] erat 27 Iunii, incepi Doctrinam de Gratia & Praedestinatione / [die] 28 Legi / [Die] 30 Erat mutatio Rectoratus / [die] 1 Legi / } [diebus] 4,5,7,8 Legi / } [diebus] 11 [et] 12 ob ferias nundinales non legi / } [diebus] 14 [et] 15 Legi / } [diebus] 18 [et] 19 Legi / } [diebus] 18 [et] 19 Legi / [die] 21 Ob Disputationem Inauguralem Domini Block legere non potui / [die] 22 Legi / } [diebus] 25, 26, 28 [et] 29 / Augustus / [die] 1 Legi / [die] 2 Absolvi Doctrinam de Gratia & Praedestinatione / [die] 4 Incepi Doctrinam de Incarnatione, merito & officio Christi / [die] 5 Legi de Personalitate & subsistentia / die 8 Legi / } [diebus] 9, 11 [et] 12 Legi de unione personali / } [diebus] 15 [et] 16 Legi de Heresi Nestoriana & Eutychiana / } [diebus] 18 [et] 19 Legi de Communicatione Idiomatum / Ob negotia domestica in lectionibus publicis deinde progredi non licuit / Ex aedibus mei Parentis emigrandum & ruinam minantes reparandae fuerent / Accessit quod recens natus filidus animum a studiis quodammodo avocavit / Fridericus Ulricus Calixtus. |
| Quelle | 37 Alt 204, H.1, 62 |
| Zeitraum | 31.08.1653–22.12.1653 |
| Text | Anno 1653 quum sub finem Septembris e venerandi / Parentis familia emigrassem & paulo post natus esset filiolus, rebus domesticis nondum compositis & quodammodo in ordinem reductis ad lectiones animum applicare non licuit / Tertio itaque Nonarum Novembris nobilem de Iustificatione doctrina auspicatus sum & legi singulis diebus donec eam 22. Decembris absolverem / Fridericus Ulricus Calixtus Doctor manu propria |
| Quelle | 37 Alt 204, H.1, 125, 126 (Duplette) |
| Zeitraum | 05.10.1654–14.12.1654 |
| Text | Friderici Ulrici Calixti / Sanctae Theologiae Doctoris & Professoris Publici / Catalogus Lectionum Publicarum a Festo Sancti Michaelis Archangeli usque ad Festum Nativitatis Domini Anno 1654 / [3] / Anno 1654 / Post Festum Michaelis Mense Octobri/ Lectiones publicas denuo auspicatus, per breves Theses quae dogmatum Christianae fidei summam veluti in compendio exhiberent dictare easque fusiusque explicare cepi / } [diebus] 5 [et] 6 Legi de constitutione Theologiae eiusque studiis externis & internis / } [diebus] 9 [et] 10 Legi de Theologia naturali / [die] 12 Legi de insufficientia cognitionis Dei naturalis / [die] 13 Legi de neccessitate revelationis Divinae / [die] 16 A summo mane usque ad meridiem Consistorio interfui cui lethale fatum Nobile a Ditfordt ansam praebuit. / [die] 17 Quomodo inspirationes & alloquia divina facta sint exposui / } [diebus] 19 [et] 20 Legi de Religione Iudaica / } [diebus] 23 [et] 24 Quomodo Messiam venisse e Vetero Testamento probandum sit ostendi / } [diebus] 26 [et] 27 Legi de Muhammedanismo / } [diebus] 30 [et] 31 Legi de Pagana Sancti [?] Idololatria Religione. / [nächste Spalte] / November / } [diebus] 2 [et] 3 Collatis inter se omnibus religionibus solam Christianam veram esse ostendi / [die] 6 Brunsvigam ad Serenissimorum Principum nostrorum Legatos salutandos profectus / [die] 11 domum reversus / } |

| | |
|---|---|
| | [diebus] 13 [et] 14 ob ferias nundinales legere non licuit / [die] 16 Incepi Doctrinam de Sancta Scriptura / [die] 17 Legi / } [diebus] 20 [et] 21 Legi de gratia Spiritus Sancti quam Verbo insitam & in considerantium animis fidem operam; contra Pontificios ostendi / } [diebus] 23 [et] 24 Legi de Enthusiastis & ea occasione de seditionibus quas superiore seculo vulgus agreste duce Muntzero adversos magistratus excitavit / [die] 27 Legi de Sanctae Scripturae Auctoritate. / [die] 28 Ob Consistorium publicum sub fide iuramenti indictum non legi / [die] 30 iterum legi de Sanctae Scripturae auctoritate / [nächste Spalte] / December / [die] 1 Legi de Sanctae Scripturae primitate & Ecclesiae auctoritate tam externa tam interna / [die] 4 Legi de numero librorum Canonicorum / [die] 5 Erat Promotio in Facultate Philosophica / [die] 5 Erat Promotio in Facultate Philosophica / [die] Legi de editione Sanctae Scripturae authentica & versionibus / [die] 8 Quod & quare Pontificii laicos a bibliorum in linguas vernaculas conversorum lectione arceant ostendi / [die] 11 Aptandae fuerunt aedes ut hospitium praebere possent Domini Legatis quorum adventus praenunciabatur / [die] Domini Legati appulerunt & / [die] 14 Academiae Visitationem auspicaverunt quam statim excepit Festum Nativitatis Servatoris nostri. |
| Quelle | 37 Alt 2489, 2 bis 3 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 06.01.1655–30.03.1655 |
| Text | Friderici Ulrici Calixti / Sacrae Theologiae Doctoris & Professoris Publici / Catalogus Lectionum Publicarum ab Anni MDCLV initio usque ad Festum Paschatos / [10] / Anno 1655 / [A] Festo Trium Regum usque ad Festum Paschatos / Ianuarius / [die] 9 Erat mutatio ViceRectoratus / } [diebus] 11 [et] 12 Legi de Perspicuitate Sanctae Scripturae / [die] 15 Ob Consistoria publica sub fide iuramenti indicta non legi / [die] 16 Decani argumenta quibus obscuritatem Scripturae affingere conatus solvi / [die] 18 Exposui rationem Indicum Expurgationum & librorum prohibitorum / [die] 19 Legi de perspicuitate promissionum Veteris Testamenti de venturo Messia / [die] 22 Legi de perspicuitate Novi Testamenti / [die] 23 Quare mysteria inevidentia certa dicantur exposui / [die] 25 Ob Disputationem Inauguralem in Medica Facultate non legi / Quae sint obscuritatis & nonullarum difficultatum in Sacra Scriptura occurrentium cause ostendi / } [diebus] 29 [et] 30 Propter immensum frigus legere non licuit / [nächste Spalte] / Februarius / [die] 1 Ob pertinax frigus non legi / Erat Festum Purificationis Mariae / die 5 Ob Consistorium publicum non legi / } [diebus] 6,8 [et] 9 Hisce dictis quid ab idoneo Scripturarum interprete requiratur ostendi, & rationes quare in Scriptura obscura perspicuis misceantur adduxi / } [diebus] 12 [et] 13 Legi de Iudice controversiarum / [die] 15 Legi de Traditionibus / [die] 16 Legi & unde legitima Traditio innotatur ostendi / } [diebus] 19 [et] 20 Legi de Symbolo Apostolico / [die] 22 Legi de Symbolo Athanasiano & postridie / [die] 23 de Constantinopolitano / } [diebus] Legi de Auctoritate consentientium testimoniorum priscorum Patrum / [nächste Spalte] / Martius / 1 Scriptores qui religionem Christianam contra Ethnicos defenderunt recensui. / [die] 2 Recensui eos qui contra Iudaeos scripserunt. / [die] Recensui eos qui contra Haereticos scripserunt / } [diebus] 6 [et] 8 De Exegeticis Sanctarum Scripturarum interpretibus fusius egi. / [die] 9 Ob Consistorium publicum, in quo de impetrando tandem stipendio deliberavimus non legi / } [diebus] 15 |

| | |
|---|---|
| | [et] 16 De Scholasticorum origine eorumque familiis fusius egi / } [diebus] De omnibus in universarum Disciplinarum generibus egi & Theologiam practicam esse demonstravi / [die] 22 E principiis Philosophicis quid ordo Syntheticus et Analyticus sit deduxi. / } [diebus] 23 [et] 25 Theologiam utpote disciplinam practicam ordine Analytico tradendam ostendi & Novatorum argumenta, hunc tradendi modum inter errores Calixtinas recensentium / } [diebus] 27, 28 [et] 29 Sicut Philosophiae Practicae duas absolvi partes una diebus [?], altera Rerumpublicarum moderationibus quomodo recte gerere debeant; ita quoque Theologiae duas et partes quarum una dicitur pars Communis altera Propria, ostendi sic Prolegomena absolvi. |
| Quelle | 37 Alt 2489, p.9-10 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 23.04.1655–29.09.1655 |
| Text | Friderici Ulrici Calixti Sanctae Theologiae Doctoris & Professoris / Catalogus Lectionum publicarum a Festo Paschatos usque ad Festum Michaelis Anno 1655 / [v] / Proxima post Ferias septimana ad lectiones publicas reversus sum & / [diebus] } 23, 24, 26 [et] 27 Aprilis doctrinam de Immortalitate animae incepi & absolvi / Maius / [diebus] } 30 April, 1, 3 [et] 4 Hac septimana doctrinam de morborum resurrectione exposui & absolvi / die 7 Propter Consistorium publicum non legi / die 8 Incepi doctrinam de Supremo Iudicio / die 10 Legi de forma & processu iudicii / Legi de persona iudicis Iudicii Assessoribus & doctrinas hanc absolvi / die 14 Incepi doctrinam de visione Dei / die 15 Legi de Anthropomorphitis / [diebus] } 17 [et] 18 Legi de modo visionis / Die 31 Quae sit differentia inter essentialem & accidentalem beatitudinem ostendi / die 22 De grandibus gloriae Aureolis et Laureolis egi / Die 24 Erat Festum Adscensionis Domini / Die 25 Legi de Damnatorum paenis / die 28 Propter Consistorium publicum legere non potui / Die 29 Legi de poena domni [?] & sensus / Die 31 Legi de poenis infantum qui sine baptismo a vivis excedunt / Iunius / Finito Festo Pentecostes / 11 Communis partis secundam partem de Theologiae subiecto orsus sum / diebus 12, 14 [et] 15 Quomodo Dei existentia e lumine naturae probetur ostendi / [diebus] } 18, 19, 21 [et] 22 Hac septimana doctrinam de Attributis divinis proposui & absolvi / die 24 Erat Festum Sancti Iohannis / [diebus] } die 25, 26, 28 [et] 29 Ob examen publicum XII Candidatorum in Facultate Philosophica & eorundem promotionem non legi / Iulius / [diebus] } 2, 3, 5 [et] 6 Ob Festum Visitationis Mariae & mutationem ViceRectoratus non legi / [diebus] } 9, 10, 12, 13, 16 [et] 17 Ob negotia domestica & recens natam Filiam, hisce diebus lectionibus vacare non licuit / die 19 Doctrinam de Sanctissima Trinitate orsus sum / die 20 Legi de unitate essentiae / [diebus] 23 [et] 24 Mysterium Trinitatis cum recta ratione non pugnare ostendi / [diebus] 26 [et] 27 Tres personas inter se realiter, ab essentia autem virtualiter distingui ostendi / [diebus] 30 [et] 31 De aeterna Filii generatione egi eiusque divinitatem e Sancta Scriptura probavi / [100r] Augustus / die 2 Ob Disputationem Inauguralem Domini Tappii non legi / die 2 Quomodo Christi Divinitas ex antiquitate probetur ostendi / die 6 De Phobiniana & Ariana haeresi disserui / die 7 Ob Disputationem Inauguralem Domini Behrens non legi / Ob Orationem Inauguralem Domini Eberhardi non legi / Quomodo Socinus Photinianam haeresin innovavit ostendi / die 13 Quomodo hodierni Sociniani assumta ipsorum falsa hypothesi idololatria committant ostendi / die 14 Ob Disputationem Inauguralem Domini Magister |

HERZOG AUGUST BIBLIOTHEK

| | |
|---|---|
| | Lilii non legi / Die 16 Wanslabiam profectus, ut eius loci Praefecti Filiolum e Sancti Baptismi fonte susciperem, legere non potui / [diebus ] } 20, 21, 23 [et] 24 De Spiritus Sancti cum personalitate tum divinitate egi / Die 27 Egi de Sanctae Trinitatis operibus ad extra & ad intra, & quid appropriatio sit ostendi / [Diebus] 30 [et] 31 Terminos Philosophicos quibus in hoc mysterio utimur exposui / September / [diebus] } 3 [et] 4 Ob ferias Nundinales non legi / [diebus] } 6 [et] 7 Wolfferbytum profectus legere non potui / die 10 Doctrinam de Creatione incepi / Die 11 Egi adhuc de creatione in genere / Die 13 Egi de ordine quo Deus produxit creaturas / Die 14 De Angelorum creatione egi / [diebus] } 17, 18, 20 [et] 21 De natura lapsu & poenis Angelorum egi / [diebus] 24 [et] 25 De motu orbium coelestium & terrae immobilitate egi, variasque circa hanc rem sententias exposui / Die 27 Erat Disputatio Inauguralis Domini Echelii / Die 29 Festum Michaelis |
| Quelle | 37 Alt 204, H.2, 99-100 |
| | |
| Zeitraum | 14.01.1656–13.03.1656 |
| Text | Friderici Ulrici Calixti Sanctae Theologiae Doctoris & Professoris Publici / Catalogus Lectionum publicarum Anni 1656 usque ad Festum Paschatos / [78] / Catalogus Lectionum Publicarum Anni 1656 usque ad Festum Paschatos / Ianuarius / Finitis feriis & peracta mutatione ViceRectoratus ad lectiones publicas reversus sum et / 14 Ianuarii incepi doctrinam de peccatis actualibus / die 15 Legi / diebus } 17 [et] 18 Legi de peccatis voluntariis & iis quae citra plenum voluntatis consensum committuntur / 21 Quomodo peccata ratione obiectorum differant ostendi / die 22 Ob Consistorium publicum non legi / die 24 Legi de Peccatis mortalibus / die 25 Legi de venialibus ex eventu vel ratione personae ita dictis / die 28 E peccatis venialibus Purgatorium probari non posse demonstravi, Pontificiorum argumenta solvi, & deinde non ex rei parvitate sed ex legislatoris maiestate peccatum aestimandum ostendi / [mittlere Spalte] / Februarius / die 1 Erat dies profectus / die 2 Erat Festum Purificationis Mariae / die 3 Erat dies Dominicus / diebus 4 [et] 5 Legi de peccato in spiritum sanctum / die 7 Incepi doctrinam de caussa peccati / die 8 Legi / diebus 11 [et] 12 Duriora scripturae loca quae Deum causam peccati facere videntur exposui / die 14 Quare Deo istis loquendi modis ubi solverit ostendi / 15 Distinctas causarum per accidens rationes ex Aristotele exposui / Diebus 18 [et] 19 A Reverendissimo Abbate Wehrtinensi ad convivium invitatus tum et propter nuptias Oeconomi legere non potui / Diebus 21 [et] 22 Repetitis quae hactenus proposueram doctrinam de Peccato absolvi / Die 25 Incepi doctrinam de gratia & gratuita Praedestinationis decreto / Die 26 Gratiam non particularem sed universalem esse e Sancta Scriptura probavi / Die 28 quod non sit qualitas aut habitus infusus ostendi / Die 29 Secretum Dei lapsorum miserendi esse ab aeterno / [rechte Spalte] / Martius / Diebus 3[et] 4 Biduo hoc propter adventum Magnifici Domini Cancellarii Schwartzkopffii & alia negotia domestica legere non potui / Die 6 Egi de dissidio circa doctrinam de Pradestinatione inter ipsos Pontificios / Die 7 Dei ab aeterno decreta non necessitatem nec rerum contingentiam tollere ostendi / Die 10 Ob Consistorium publicum legere non potui / Die 11 Horridam Calvini & complicum sententiam exposui / Die 12 Disputavi publice de fine hominis summo & ultimo / Die 13 Ingravescente Parentis pro mense morbo vacare lectionibus non potui ostenso itaque |

| | |
|---|---|
| | discrimine inter Infra & Supralapsariorum Nostramque de Praedestinatione sententiam, doctrinam istam absolvi. |
| Quelle | 37 Alt 204, H.2, 77-78 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 30.04.1656–29.08.1656 |
| Text | Mense Maio post Parentis pro memoria obitum, circa familiam e paternis aedibus in proprias transportandam occupatus, legere non potui; duodecimo vero / Iunii / ex itinere Hannoveram versus, quod ex Senatus Academici decreto suscipiendum erat, reversus, ad officium redii doctrinam de Incarnatione auspicatus / die 13 quare hominem satisfacere oportuerit ostendi, & rationes congruentiae e Patribus adduxi / diebus } 16 [et] 17 quod infinitae Divinae iustitiae non nisi vel per infinitam paenam, vel per infiniti valoris precium satisfiat ostendi / die 19 quaestiones quartam Scholasticas, utrum Deo alio modo genus humanum redimere potuerit & similes excussi / die 20 De caussa efficiente unionis duarum [in] Christo naturarum egi / die 23 De formali ratione unionis personalis egi / die 24 Erat Festum Sancti Iohannis Baptistae / diebus } 26 [et] 27 Quae nam fuerit Valentinianorum, Gnosticorum & Apothinaristarum haeresis exposui, & argumenta & obierunt solvi / [v] Iulius / 30 Iunii & 1 Iulii Unionem neque essentialem neque accidentalem sed personalem esse ostendi / die 3 propter Disputationem Inauguralem in Facultate Iuridica non legi / die 4 Legi de Nestorianismo / die 7 Ob ferias nundinales non legi / die 8 ob mutationem ViceRectoratus non legi / die 10 Legi de Entychianismo / die 11 De Communicatione idiomatum doctrinam incepi / diebus } 14 [et] 15 Primum genus communicationis Idiomatum exposui / die 17 ad secundum accessi / diebus } 18, 21, 22 [et] 24 De Ubiquitate hisce diebus prolixe egi / Die 25 Sumo mane Wolfferbytum profectus & postridie domum reversus sum / die 28 Tertium genus communicationis Idiomatum exposui / die 29 Repetitis quae huc usque proposueram doctrinam absolvi / [73] / Augustus / Diebus } 1, 4 [et] 5 Ob necessaria negotia, quorum expediendorum ergo Matertera [?] Magnifici Domini Cancellarii Schwartzkopffii Coniux, Wolfferbyto huc venerat legere non potui / die 7 Doctrinam de Iustificatione incepi / die 8 Egi de merito Christi idque universale esse ostendi / die 11 Egi de fide per quam Christi merita nobis applicantur / die 12 Quomodo Spiritus Sancti fidem operetur ostendi / Die 14 Legi de Sanctificatione / Die 15 quid actio immanens, transiens & transitoria sit, atque quomodo Pontificii hic impingant ostendi / diebus } 18 [et] 19 Controversias quae inter nos & Pontificios circa doctrinam de Iustificatione intercedunt, expendi / die 21 Ob Promotionem in Facultate Philosophica non legi / die 22 Quaenam Iustificationis caussa Formalis item Materialis sit ostendi / die 25 Egi de Iustificationis caussa impulsiva interna Deum movente / die 26 de caussa meribona / diebus } 28 [et] 29 de caussa instrumentali a parte nostra ubi rursus contra Pontifcios disputandum fuit / De singulis doctrinis Theses dogmatis summam exhibentes, dictavi de quibus publice ubi Respondentes nactus fuero disputare constitui / Fridericus Ulricus Calixtus Doctor manu propria |
| Quelle | 37 Alt 204, H.2, 72-73 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 29.09.1656–22.12.1656 |
| Text | Fridericus Ulrici Calixti / Sanctae Theologiae Doctor & Professor Publicus / |

| | |
|---|---|
| | Catalogus Lectionum a Festo Michaelis usque ad Festum Nativitatis Christi 1656 / Proxima post Festum Michaelis septimana publice de Perserverantia Sanctorum disputavi. / Doctrinam de Pactis die 13 Octobris incepi & ultimo eiusdem absolvi / [die] 1 Novembris publice de Pactis disputavi / [die] 3 Eiusdem Doctrinam de Sacramentis in genere incepi & / legi 4,6,7 & 10 Novembri / [die] 11 Erat Disputatio Inauguralis in Facultate Medica Domini Berkelmanni cui Opposui / [die] 13 Erat promotio VIII Candidatorum in Facultate Medica / [die] 14 absolvi doctrinam de Sacramentis in genere / [die] 17 [et] 18 propter ferias Nundinales non legi / die 20 Doctrinam de Baptismo incepi eamque / [die] 5 Decembris demum absolvi / [die] 8 Decembri Doctrinam de Sancta Eucharistia incepi, & / legi singulis diebus quibus legendum fuit donec / [die] 22 eiusdem Mensis eam absolverem. |
| Quelle | 37 Alt 2489, 58 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 07.04.1657–17.06.1657 |
| Text | Finitits feriis ad Lectiones publicas reversus sum & die 7 Aprilis ad seculi secundi Scriptores accesi. / 8 Legi / 9 Ob Disputat. Inaug. in Facult. Medica non legi. / 10 Legi / } 13, 14, 16 [et] 17 Legi / } 20, 21, 23 [et] 24 Legi etiam hisce diebus & seculum secundum absolvi. / 27 Ad seculi tertii Scriptores accesi & Legi / 28 / 30 / Maius / } 4, 5, 7 [et] 8 Ob necessarium iter Wolfenbytum Legere non potui. / } 11, 12, 14 [et] 15 Legi & tertium seculum absolvi. / } 17, 18, 19, 20, 21, 22 [et] 23 Hac septimana ob Festum Pentecostes non legi. / 25 Seculi quarti scriptores & exhibere incepi & legi. / 26 / 28 / 29 / Iunius / 1 Iunii Ex decreto Senatus Academici Wolfenbytum, impetrandi stipendii ergo, profectus, legere non potui. / 4 Iunii Wolfenbyto domum reversus sum. / Ob publicam librorum Auctionem in Collegio institutam ante 12 Junii legere non licuit. Finita auctione ad seculi quinti scriptores accessi & legi. / Die 13, 15, 16 [et] 17 / Friedrich Ulricus Calixtus doctor |
| Quelle | 37 Alt 2490, Fol. 1 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 22.02.1658–22.06.1658 |
| Text | Sub initium anni 1658 cessante per Dei gratiam maligno contagio, in Academicam reverso propter Theologiae auditorum raritatem ad consvetas operas reverti non licuit. / Quum tamen praecipitante Februario, nonulli, licet valde pauci comparerent, ob plurium, qui expectabantur absentiam, integrum Systema Theologicum quod alias constitueram, incipere nolui, ne tamen nullam praesentium haberem rationem de Divinitate Christi servatoris nostri doctrinam ex utroque principio, aliquanto fusius deducere decrevi, initio facto 22 Februarii die. / } 22, 23, 25 [et] 26 Februarii Haereticorum, qui ante fluvium Divinitatem Christi impugnarunt, historiam recensui & eorundem doctrinas subinde examinavi. / } 1, 2, 4 [et] 5 Martii, Ex antiquis Historiae Ecclesiasticae scriptoribus, inter Arianos & Photinianos acta deduxi. / } 8, 9, 11 [et] 12 Eiusdem: Ex creatione, cooperatione & deinde scripturae dictis, quibus Christus Deus cum apposito vero Dei essentium involvente, appellatur, divinitatem eius probavi. / } 15, 16, 18 [et] 19 De Arii, Photini & Socini dogmatibus egi & quomodo haeresis haeresin oppresserit ostendi. / } 22 [et] 23 Ab appellatione Filii Dei & generationis natura Divinitatem Christi probavi. / 25 Erat Festum Annunciationis Mariae. / 26 Volkelii argumenta contra aeternam Filii a patre generationem allata solvi. / } 29 [et] 30 Circa difficilia |

| | |
|---|---|
| | Volkelii & Crellii argumenta solvenda usque occupatus fui. / 1 Aprilis, a Serenissimo Illustrissimo Augusto B. & L. D. Domino meo clementissimo Wolfferbytum vocato commorandum ibi fuit, donec feriae festumque paschatis appropinquaret. /[v]/ Post Festum Paschatos / } 19, 20, 22 [et] 23 Aprilis Servatoris nostri Divinitatem ex collatione locorum utriusque Testamenti, ab Attributis, ab operationibus divinis & a cultu probavi. / 26 Doctrinam de Divinitate Christi ex Antiquitate probare incepi. / 27 Quare argumentis e scriptura petitis, ista addantur & quantam vim habeant ostendi. / 29 Clara & aperta testimonia e primis seculis proposui. / 30 Omnes Divinitatem Christi impugnantes in primitiva Ecclesia haereticos declaratos ostendi. / 3 Maii Ob adventum Illustrissimi principis Saxo-Lauenburgici legere non licuit. / 4 Praxeae & Hermogenis haeresim exposui. / 6 Propter orationem Inauguralem Domini M. Hohemanni non legi. / 7. Ex Elbnicorum & Iudaeorum adversus Christianos molitionibus Christi divinitatem probavi. / 10 A miraculis quae antiqui Ecclesiae Doctores recensent argumenta deduxi. / } 11, 13 [et] 14 Maii Schöningam ad nuptias profectus legere non potui. / } 17 [et] 18 Comparando Christianam religionem ad alias, istas falsas hanc solam veram esse ostendi. / 20 Erat Festum adscensionis Domini. / 21 Propter disputationem inauguralem Domini Probyter non legi. / } 24 [et] 25 Hodiernos Socinianos stantibus ipsorum hypothesibus idololatras esse ostendi. / } 27 [et] 28 De variis idololatriae speciebus disserui & D. Calovii argumenta examinavi. / Incidit Festum pentecostes. /[7r]/ Post Festum Pentecostes / 3 Iunii, recens natum Filiolum Sacro baptismatis lavacro initiari feci. / 10 Disputationum Theologicarum expositionem auspicatus sum. / 11 Existentiam Dei non e scriptura sed lumine naturae probandam ostendi. / 14 Argumenta ab Essentiali causarum subordinatione deducta examinavi. / 15 Iusti Lipsii Epistula ad Hieronimum Berchemium qua argumenta ad probandam Dei existentiam facientia complectitur, exposui. / 17 Non tantum existentiam Numinis, sed & attributa divina e lumine naturae probari ostendi. / 18 Quomodo attributa cum inter se invicem, tum ab Essentia differant, ostendi. / 21 De attributis in specie egi & quomodo distinctio realis, Rationis & Virtualis differant ostendi. / 22 Diversos compositionis modos proposui, & quod istarum nulla in Deo locum habeat ostendi. / Incidit Festum Sancti Iohannis Baptistae |
| Quelle | 37 Alt 2491, Fol. 6 f. |
| Zeitraum | 25.06.1658–30.08.1658 |
| Text | Doctor Friderici Ulrici Calixti Lectionum publicarum à Festo Iohannis Baptistase usque ad Michaelis Festum Catalogus / Postridie Festi Iohannis 25 IUNII, de unitate & simplicitate Dei egi. / } 26, ☉ [et] 28 Varios compositionis modos exposui & rationes quare istorum nullus in Deo locum habeat addidi. / 29 Propter solennem in Facultate Philosophicae Promotionem legere non licuit. / IULIUS / 1 Volkelii & Crellii argumenta contra Dei simplicitatem solvi. / 2 De quarta scientia disserui. / ☉ / 5 Haereticos qui unitatem Dei impugnarunt recensui. / 6 Propter Orationem Inauguralem Domini Rachelii non legi. / } 8 [et] 9 Quaenam sint opera ad dextram quaenam ad sinistram exposui, & quod illa non nisi ad unitatis Divinae cognitionem ducant ostendi: Disputavi subinde contra Scholasticos vestigium & imaginem Trinitatis in creaturis deprehendi statuentes. / ☉ / } 12 [et] 13 Propter ferias Nundinales non legi. / 15 Quid |

| | |
|---|---|
| | Essentia in Divinis sit exposui. / 16 De Divinis nominibus egi. / ☉ / 19 De Notionibus egi & quid oppositae relationes & proprietates in Divinis sint ostendi. / } 20, 22 [et] 23 In unitate essentiae personarum pluralitatem ex Sanctus Scriptura demonstravi. / 24 De DEO Trino & Uno publice Disputavi, Respondente M. Meiero Hannoverano. / Reliquos huius Mensis dies consumpsi Bronsvigae, ab Affine quodam ad nuptias filiae invitatus. / Mensis Augusti die 3 Disputationem secundam de DEO Patre Filio & Scriptura Sancta auspicatus sum, legi singulis diebus quibus legendum fuit, & absolvi 26 Augusti, postridie Disputavi publice Respondente M. Paulo Mullero. 30mo Eiusdem Mensis die à Serenissimo Academiae Directore Domino meo clementissimo, impetrata venia Francfurtum ad Moenum profectus sum. / Fridericus Ulricus Calixbus manu propria |
| Quelle | 37 Alt 2491, Fol. 5 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 06.10.1658–17.11.1658 |
| Text | OCTOBER / Die 6 Octobris Francofurto reversus / 11 Disputatione de Persona Christi expositionem auspicatus sum / } 12, 14, 15, 18 [et] 19 De mysterii huius possibilitate & convenientia egi / } 21 [et] 22 Veram Christi humanitatem é scriptura & recta e ratione probavi / } 25, 26, 28 [et] 29 De duarum in Christo naturarum unione, quam Personalem vocant, egi. / Novemberis / } 1 [et] 2 Haereticorum veram Christi humanitatem negantium argumenta examinavi / 4 Propter Disputationem Inauguralem in Facultate Medica non legi / 5 Christum & Iesum unum eundemque non secundum naturarum sed personalem & identitatem esse ostendi / } 8, 9 , 11 [et] 12 Doctrinam de Communicatione Idiomatum exposui / } 15 [et] 16 De Nestorianismo & Eutychianismo legi / 17 & sequentibus diebus propter solennem librorum doctoris Dürrii auctionem legere non licuit, qua nondum finita in morbum incidi qui ab officio me avocavit. / Edidi interim B. Parentis scriptorum nonnulla: De veritate Religionis Christianae & Auctoritate Antiquitatis Ecclesiasticae Dissertationes; quibus addidi aliam recentiores quasdam contra Ecclesiae primitivae autoritatem intortas obiectiones expedientem. Item: Considerationem doctrinae Pontificiae iuxta ductum Concilii Tridentini & Reformatae iuxta ductum Confessionis Thoruni exhibitae. / Fridericus Ulricus Calixtus  Doctor manu propria |
| Quelle | 37 Alt 2491, Fol. 8 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 31.01.1659–02.04.1659 |
| Text | Mense Ianuario ob adversam valetudinem legere non licuit / 31 Ianuarii ad lectiones publicas reversus, de omnipraesentia corporis Christi doctrinam exponere incepi, legi singulis diebus quibus legendum fuit absolvi quarto Martii die / 10 Martii ad doctrinam de Scriptura Sacra accessi / 11 legi de auctoribus Sanctae Scripturae / 12 Publice disputavi de persona & officio Christi. Respondente Magistro Henrico Albo / } [diebus] 14 [et] 15 De Libertinis et Enthusiastis egi / } [diebus] 17 [et] 18 De Canone librorum Veteris Testamenti disserui / [die] De Apocryphis legi / [die] 22 De Scripturae integritae & sufficientia / [die] 24 De eiusdem perspicuitate & Iudice controversiarum egi / [die] 25 Erat Festum annunciationis Beatae Virginis / [die] 28 egi de Traditionibus & / [die] 29 doctrinam de Sancta Scriptura absolvi / [die] 2 Aprilis disputavi publice de Sancta Scriptura Respondente |

| | |
|---|---|
| | Andrea Winter / Fridericus Ulricus Calixtus Doctor manu propria. |
| Quelle | 37 Alt 2492; 37 Alt 204, H.2, fol. 8; 121 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 14.04.1659–24.06.1659 |
| Text | Doctoris Friderici Ulrici Calixti Catalogus Lectionum publicarum a Festo Paschatos usque ad Festum Sancti Iohannis Baptistae / Mense Aprilis / [die] 14 Incepi doctrinam de Peccato / [die] 15 Legi de Imagine Dei / } [diebus] 18 [et] 19 Dona homini in ipsa creatione divinibus concessa non naturalia vel supernaturalia esse ostendi / [die] 21 De statu ante lapsum egi, & postridie / [die] 22 de statu post lapsum / [die] 25 De statu purorum naturalium egi / [die] 26 Pontificiorum errores circa doctrinam de Peccato Originis examinavi / [die] 27 Disputavi publice de Sancta Scriptura, Respondente Iohanni Enckhusio / Propter Consistorium publicum legere non licuit / [die] 29 Reformatorum de Peccato Originis doctrinam proposui / [zweite Spalte] / Mense Maio / Die 2 Circa Flacii argumenta solvenda occupatus fui / [die] Meisneri argumenta quibus Peccatis Originis positivum esse evincere conabatur solvi / [die] 5 Legi de peccatis actualibus, & postridie / [die] 6 de peccatis mixtis / [die] 9 De immaculata conceptione Beatae Virginis egi / [die] 10 Legi de peccatis venialibus / [die] 12 Erat Festum adscensionis Domini / [die] 13 Egi de peccatis mortalibus / } [diebus] 16,17, 19 [et] 20 Hisce diebus de Peccato in Spiritum Sanctum legi / [die] 21 Disputavi publice de Peccato, Respondente Iulio Philippo Böttichero / die 23 Incidit Festum Pentecostes, quae septimana a lectionibus publicis vacat / [ 3. Spalte] / Mense Iunio / [die] 2 Incepi doctrinam de Praedestinatione / [die] 3 De Praescientia Dei egi / [die] 4 Disputavi publice de Peccato in Spiritum Sanctum horis ante & pomeridianis, Respondente Magistro Albo / [die] 6 Praescientiam Dei non necessitare, nec contingentiam rerum tollere ostendi / [die] 7 De Providentia Dei egi / [die] 9 Ordinem instantium quae secundum nostrum concipiendi modum in decretis divinis esse deprehenduntur proposui / [die] 10 Voluntas arcana & revolata, signi & beneplaciti quomodo differant ostendi / [die] 13 [et] 14 Hoc biduo de absoluto decreto egi / [die] 16 De gratia universali egi / [die] 17 Deum ad exitium neminem creasse nec creare potuisse ostendi / [die] 20 Quomodo Antelapsariorum & Infralapsiariorum doctrina inter se & utraque a nostra differat ostendi / [die] 21 De libertate arbitri egi / [die] 23 Cum universalitate meriti Christi & universali vocatione absolutum decretum conciliari non posse ostendi / [die] 24 Incidit Festum Sancti Iohannis Baptistae |
| Quelle | 37 Alt 2492, fol. 9 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 27.06.1659–27.09.1659 |
| Text | Publicarum Lectionum Catalogus a Festo Sancti Iohannis usque ad Festum Michaelis / [die] 27. Iunii: cum gratia universali qua Deus vult omnes salvos, particularem electionem non pugnare ostendi / [die] 28 Egi de Dei voluntate antecedente et consequente / } [diebus] 30 Iunii [et] 1 Iulii hoc biduo tum propter Consistorium, tum propter Auctionem publicam non legi / [die] 4 Quae nam sint essentialia electionis requisita ostendi / Erat mutatio Vice-Rectoratus / [die] 7 Propter Disputationem Inauguralem in Facultate Medica non legi / [die] Samuelis Huberi circa Electionem errorem exposui / } [diebus] 11 [et] 12 Tam propter Auctionem quorundam librorum Theologicorum, quam propter ferias nundinales non legi / [die] 14 Vocationem a parte Dei vocantis |

| | |
|---|---|
| | non inefficacem esse ostendi / [die] 15 Eos quibus non praedicatur verbum delicta maiorum qui sua culpa et nulla Dei ordinatione illud amiserunt luere ostendi / [die] 18 De numero electorum egi / [die] 19 Doctrinam de praedestinatione absolvi / [die] 25 Incepi Doctrinam de Iustificatione / [die] 26 Quum per observationem legis non iustificemur quis sit usus legis ostendi / } [diebus] 28 [et] 29 De Pontificiorum iustitia infusa ac inhaerente et formali ratione Iustificationis egi, et quomodo Iustificatio et Sanctificatio differant hoc biduo ostendi / [2. Spalte] / Augustus / [die] 1 De obiecto et causa efficiente Iustificationis egi / [die] 2 Pontificiorum doctrinam de gratia gratum faciente exposui / [die] 4 Propter Disputationem Inauguralem in facultate Medica non legi / [die] 5 De imputatione eiusque efficacia egi / [die] 8 Ob adventum hospitis legere non licuit / [die] 9 De Fide et Fiducia egi / [die] 11 De Iustificationis certitudine et iustificatorum numero egi, atque doctrinam hanc absolvi / [die] 12 Erat Disputatio Inauguralis in Facultate Iuridica / [die] 15 Incepi Doctrinam de Poenitentia / [die] 16 De potestate clavium disserui / [die] 18 De Poenitentiae partibus contritione et fide egi / [die] 19 Pontificiorum de Poenitentia doctrinam examinavi / [die] 22 De confessione curriculari egi / [die] 23 De satisfactionibus et excommunicatione disserui / [die] 25 Poenae et castigationes quomodo differant ostendi / [die] 26 Propter Disputationem inauguralem Domini Glaeseri non legi / [die] 29 De poenis Purgatorii egi, et doctrinam de Poenitentia absolvi / Ob Promotionem Collegae Domini Glaeseri, et sese excipientis nuptias a 30 Augusti usque ad 8 Septembris legere non licuit / [3. Spalte] / September / [die] 9 Incepi doctrinam de Sacramentis in genere / [die] 12 De numero Sacramentorum egi / [die] 13 De Confirmatione, extrema unctione, et chrismatis consecratione disserui / [die] 15 De VII Pontificiorum ordinibus legi / [die] 16 De absolutione et matrimonio egi, doctrinamque de sacramentis in genere absolvi / [die] 19 Incepi doctrinam de Baptismo / [die] 20 Legi de Baptismo Iohannis / [die] 22 Baptismum in Sacramentalibus rationibus cum proprie dictis sacramentis convenire ostendi / [die] 23 Egi de causa eius efficiente principali et instrumentali; ubi de Baptismo Laicorum / [die] 26 De forma et materia in qua, et circa quam egi / [die] 27 De Baptismi effectu et eiusdem necessitate egi, et doctrinam hanc absolvi / Fridericus Ulricus Calixtus Doctor manu propria. |
| Quelle | 37 Alt 2492, fol. 10 |
| | |
| Zeitraum | 01.10.1659–23.12.1659 |
| Text | October / [die] 1 Disputavi publice de Praedestinatione Respondente Magistro Trumphio / [die] 2 Erat dies Dominica / [die] 3 Incepi doctrinam de Sancta Eucharistia / [die] 4 De propria verborum Institutionis acceptione egi / [die] 6 Propter consistorium publicum legere non licuit / [die] 7 Quomodo Reformati a propria verborum acceptione recedant ostendi / [die] 10 De discordia inter primarios Sectae "Doctores Reformatae" / [die] 11 Calvin contradictiones examinavi / [die] 13 Propter Promotione in Facultate Iuridica non legi / [die] 14 Doctrinam nostram ab absurdis in oralem manducationem comitari expendi [?]. Reformati vindicam / } [diebus] 17,18, 20 [et] 21 Contra Calvinianos disputavi, & primaria quibus pugnant argumenta solvi / [die] 24 Disputavi publice de Poenitentia / } [diebus] 25, 27 [et] 28 De Pontificiorum Transsubstantiatione hisce diebus disserui / [die] 31 De Eucharistia permanenti egi / [2.Spalte] / November / } [diebus] 1, 3 [et] 4 Quomodo |

| | |
|---|---|
| | Christus in Eucharistiae Sacramento adorandus sit ostendi: Discrimen inter materialem & formalem Idolatriae crimen liberari possint [?] addidi / } [diebus] 7,8, 10 [et] 11 Tum propter sponsalia in aedibus meis celebratum tum propter Disputationem Inauguralem in Facultate Medica hac septimana legere non licuit / } [diebus] 14 [et] 15 Propter ferias Nundinales hoc biduo non legi / } [diebus] 17,18, 21,22 [et] 24 Doctrinam de communione sub utraque hisce diebus exposui, & Eucharistiae dogma absolvi / [die] 25 Sectio humani corporis instituta & usque ad 5 Decembris continuata est, quam sexto eiusdem Mensis Promotio in Facultate Medica excepit / <3. Spalte> / December / Finita sectione, die 8 Decembris Epitomes Theologicae b. m. Parentis publicam expositionem auspicatus sum / [die] 9 De natura & constitutione disciplinae Theologicae egi / [die] 12 De Theologia Naturali disserui / [die] 13 De Theologia simplice & Habituali egi / [die] 12 De Theologia Naturali disserui. / [die] 13 De Theologia Simplice & Habituali egi / 15 Theologiam disciplinam practicam esse / [die] 16 Varias Scholasticorum circa hanc rem sententias examinavi / [die] 19 De ordine & Methodo egi / [die] 20 Quaenam fidem antecedant, constituant & consequantur exposui / [die] 22 De Principio Theologiae cognoscendi complexo egi / [die] 23 Leges methodi non violare qui principio cognoscendi Disciplinam Theologiam ordiantur, ostendi / Fridericus Ulricus Calixtus Doctor manu propria |
| Quelle | 37 Alt 2492; 37 Alt 204, H.2, fol. 11; 113 |
| Zeitraum | 01.01.1660–13.04.1660 |
| Text | Catalogus Lectionum publicarum Anni 1660 usque ad Festum Paschatis / Proxima post Festum Nativitatis septimana propter Disputationem Inauguralem in facultate nostra legere non licuit neque sequente propter nuptias Collegae Domini Magistri Eberhardi & mutationem ViceRectoratus / Egi [?] vero solennibus destinatum tempus itineri impendi & Wolfferbytum interim inde Cellas profectus sum domum autem reversus ultra octiduum decubui, & quum propter raucedinem in itinere contractam in loco publico legere non potuerim, domi nihilominus officio functus suum / & 30 Ianuarii historiam translatam in Graecam linguam a LXX interpretibus Sanctae Scripturae recensui / [die] 31 De Aquilae, Symmachi & Theodotionis versionibus atque Origenis Tetrapla, Hexapla & Octapla disserui / Februarius / [2.Spalte] / [die] 2 Erat Festum purificationis Mariae / } [diebus] 3 [et] 6 De versionibus utriusque Testamenti latinis egi / } [diebus] 7, 9, 10 [et] 13 De Commentariis in Sanctam Scripturam disserui & ipsos codices evolvendos exhibui / [die] 14 Ad controversias quae inter nos & Pontificios circa Sanctam Scripturam agitantur accessi / [die] 16 Pontificiorum principia nulla principia nedum prima esse ostendi / [die] 17 Unde attentio quam [?] homo Christianus Scripturae praebet dependeat ostendi / [die] 20 De Scripturae prioritate & postridie / [die] 21 de eiusdem auctoritate egi / [die] 23 De Scripturae perspicuitate legi, et / [die] 24 de hodie controversiarum / [die] 27 De Traditionibus egi & postridie / [die] 28 de integritate fontium & versione authentica / [3.Spalte] / Martius / [die] 1 De Scripturae Canone disserui / [die] 2 de Scripturae sensu egi & doctrinam istam absolvi / die 3 Disputavi publice de Scriptura Sacra / } [diebus] 5 et 6 Proptos necessarium iter legere non licuit / [die] 8 Incepi doctrinam de fine hominis ultimo / [die] 9 De Immortalitate animae legi / [die] 12 Immortalitatem animae argumentis e |

| | |
|---|---|
| | lumine naturae deductis probavi / } [diebus] 13, 15 [et] 16 De Resurrectione mortuorum egi / } [diebus] 19 [et] 20 De extremo Iudicio disserui / [Die] 22 De aeterna beatitudine & / [die] 23 damnatione disserui / } [diebus] 26, 27 [et] 29 Propter consistoria publica legere non potui / [die] 31 Disputavi publice de quatuor novissimis / [11v] / Aprilis / [die] 2 Incepi doctrinam de Sanctissima Trinitate / [die] 3 Propter Disputationem Inauguralem in Facultate Iuridica legere non licuit / [die] 5 Essentia & existentia, persona & suppositum quomodo differant ostendi / [die] 6 Distinctio accedentalis substantialis realis, personalis & virtualis quomodo differant exposui / } [diebus] 9 [et] 10 Propter ferias Nundinales non legi / die 12 Divinitatem Christi e Scriptura probavi / die 13 De personalitate Spiritus Sancti egi / Fridericus Ulrich Calixtus Doctor manu propria |
| Quelle | 37 Alt 2493, fol.11 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 01.05.1660–24.06.1660 |
| Text | Catalogus Lectionum publicarum a Festo Paschatos usque ad festum Sancti Iohannis Anni 1660 / Finitis feriis die ultimo Aprilis Divinitatem Spiritus Sancti septem argumentis e Scriptura deductis probavi / [Die] 1 Maii De processione Spiritus Sancti & Orientalis Ecclesiae ab Occidentali dissensu egi / [die] 3 Sanctorum Patrum circa Trinitatis Mysterium consensum cum Haereticorum dissensu contendi / [die] 4 Summan eorum quae hactenus exposui in compendium redactam dedi [?] & doctrinam de Sanctissima Trinitate absolvi / [die] 7 A septimo Maii usque ad 16tum eiusdemque tum ob auctionem librorum Doctoris Iordani piae memoriae tum ob promotionem in Facultate Iuridica, potissimum vero propter molestam raucedinem quae me ad profitendum plane ineptum reddidit, legere non licuit / [die] 17 Incepi doctrinam de Creatione & egi de creatione in genere / [die] 18 Quomodo creatio Verbum & Nova [?] differant ostendi / [12r] / [die] 21 Maii Socinianorum circa Creationem errores examinavi / [die] 22 de Aeternitatis mundi assertoribus egi / [die] 24 Nicetae Siracussani, Philolai, Heraclidis, Ecphanti, Aristarchi Samii & Copernici de motu terrae doctrinam proposui & cum Sancta Scriptura pugnare ostendi / [die] 25 De Angelis eorumque creatione egi / [die] 28 De Angelorum lapsu, numero & officio egi / [die] 29 Legi de statu innocentiae & imagine Dei / die 31 Celebrabatur Festum Assensionis Domini / [die] 1 Iunii de statu merorum naturalium egi & quomodo a supernaturali mente abstrahetur ostendi / [die] 2 Disputavi publice de Sanctissimae Trinitatis mysterio / Septimana Festum Pentecostes proxime antegressa ad Hercyniae sylvae penetralia perlustranda profectus sum / Finitis a feriis die 14 Iunii ad publicas lectiones reversus sum & egi de primorum parentum lapsu / die 15 Horridam Calvini doctrinam, necessitatem lapsus Deo tribuentis excussi / [v] / [die] 18 Iunii de statu hominum post lapsum egi / [die] 19 Quaenam naturali quaenam supernaturali sint & quod ista post lapsum manserint integra ostendi / } [diebus] 21 et 22 Hoc biduo doctrinam de servo & libero arbitrio proposui / [die] 24 Celebrabitur Festum Sancti Iohannis / Fridericus Ulricus Calixtus Doctor manu propria. |
| Quelle | 37 Alt 2493, fol.12 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 25.06.1660–29.09.1660 |
| Text | Friderici Ulrici Calixti Sanctae Theologiae Doctoris et Professor Catalogus |

Lectionum Publicarum a Festo Sancti Iohannis Baptistae usque ad Festum Michaelis Archangeli Anni 1660 / [v] / Iunius / [die] 25 Incepi doctrinam de Peccato & de quidditate peccati Originis egi / [diebus] } 26, 28 [et] 29 Propter nuptias agnatae in vicinia celebratis legere non licuit / Iulius / Iulii occupavit dies dominica secunda Festum visitationis Mariae / [die] 3 Pelagii & Flacii circa peccatum errores exposui, eorumque argumenta solvi / [die] 5 Quantum eius per baptismum tollatur & quomodo in infantibus sit ostendi / [die] 6 Quid positivum, privativum & negativum sit ostendi, atque Misneri argumenta solvi / Septimana quam quarta post Trinitatis Dominica excipit, tum propter Nundinas tum propter mutationem ViceRectoratus legere non licuit / [zweite Spalte] / Iulius / [die] 16 Peccata mortalia & venialia quomodo differant ostendi, ubi Pontificiorum pro peccatis venialibus argumenta solvenda fuerunt / } [diebus] 17 [et] 19 Doctrinam de Peccato in spiritum Sanctum exposui / [die] 20 de causa peccati egi / [die] 23 Causa per se & per accidens quomodo differant ostendi / [die] 24 De peccatis actualibus egi & quod etiam involuntaria actualium numero eximi non debeant demonstravi / [die] 26 Repetitis iis quae de peccato hactenus proposui & disserui doctrinam hanc absolvi / [die] 30 Doctrinam de Praedestinatione incepi / [die] 31 Praescientia, Providentia & Praedestinatio quomodo differant ostendi / [14r] / Augustus / [die] 2 Gratiam Dei universalem esse e Scriptura contra Reformatos probavi / [die] 3 De voluntate antecedente & consequente, signi & beneplaciti egi / [die] 6 De ordine instantium quae secundum nostrum concipiendi modum in divinis decretis esse deprehenduntur egi / [die] 7 De universali vocatione eiusque scopo & fine egi / [die] 9 De causa impulsiva qua Deus motus alios elegerit alios reprobaverit disserui / [die] 10 Huberi errorem & argumenta examinavi / [die] 13 De Pelagianismo disserui / [die] 14 Propter Disputationem inauguralem in Facultate Medica & / [die] 16 propter aliam in Facultate Iuridica legere non licuit / [die] 17 Quomodo supralapsariorum & Infralapsariorum de Praedestinationis doctrina inter se, & utraque a nostra differat ostendi / A 20 Augusti die usque ad eisudem Mensis ultimum non legi / Disputavi tamen interim tribus vicibus semel de Creatione & Angelis: iterum et lapsu hominis, statu post lapsum eiusdemque arbitrii libertate & tertio de Peccato / [v] / September / } [diebus] 3 [et] 4 Propter Nundinas non legi / [die] 6 Doctrinam de Incarnatione incepi / [die] 7 De incarnationis fine egi / [die] 10 Per incarnationem merito humano quatenus humano infinitam virtutem non esse communicatam ostendi / [die] 11 Qualis duarum in Christo naturarum unio sit deduxi / [diebus] 13 [et] 14 Propter Disputationem Inauguralem in Facultate Iuridica legere non licuit, neque postridie propter aliam in eadem Facultate / [die] 17 Individuum suppositum & persona quomodo differant exposui / [die] 18 De personalitate & subsistentia egi / [die] 20 Argumenta contra possibilitatem unionis personalis afferri solita solvi / [die] 21 Actio uniendi & terminus unionis quomodo differant ostendi / [die] 24 De Nestorianismo egi / [diebus] } 25 [et] 27 Propter Disputationem Inauguralem in Facultate Iuridica non legi / [die] 28 De Eutychianismo disserui / [die] 29 Erat Festum Michaelis Archangeli.

| | |
|---|---|
| Quelle | 37 Alt 2493, fol.13-14 |
| Zeitraum | 02.10.1660–25.12.1660 |
| Text | Friderici Ulrici Calixti Catalogus Lectionum publicarum a Festo Michaelis usque |

| | |
|---|---|
| | ad Festum Nativitatis Christi 1660 / [15v] / October / [die] 2 Octobris erat Promotio IV Candidatorum in Facultate Iuridicae / [die] 3 Expediendorum negotiorum ego Wofferbytum profectus / [die] 9 Eiusdem Mensis reversus sum & / [die] 11 Doctrinam de Iustificatione incepi / [die] 12 Quomodo in electionis decreto fundetur ostendi / [die] 15 De iustitia Christi activa & passiva egi / [die] 16 Ad Domini Magistri Senderi, Rectoris Magdeburgensis per integrum septennium domesti & commensati mei nuptias profectus / & [die] 18 redux cum proxima septimanae intitio / [die] 22 ad publicas lectiones reversus sum & actiones immanentes, permanentes, transeuntes & transitoria quomodo differant exposui, atque ad praesens negotium applicavi / [die] 23 Quaenam sit causa iustificationis principalis & quot instrumentales ostendi / [die] 25 Erat Disputatio inauguralis in Facultate Medica / [die] 26 Quo sensu verbum Dei utpote causa instrumentalis a parte Dei ultra propriam virtutem elevari dicatur ostendi / [die] 29 Dignitatem fidei non ex se quatenus virtus est, sed ex obiecto aestimandam ostendi / [die] 30 Meritum de condigno & congruo quomodo differat & quod neutrum in Iustificationis negotio locum habeat contra Pontificios demonstravi / [16r] / November / [die] 1 Erat Oratio Inauguralis Domini Magistri Meyeri / [die] De dispositionibus & praeparationibus ad iustificationem egi / [die] 5 De exponibili hac propositione, sola Fides iustificat, disserui / [die] 6 Impossibilitatem Iustificationis per opera legis obtinenda ob oculos posui / Reliquos huius septimanae dies examini Candidati in Facultate nostra impendi / [die] 12 De iustificatione prima & secunda egi / [die] 13 De infusione habitus iustitiae & iustitia in haerente disserui / [die] 15 Quantum in genuina vocis Iustificationis acceptione situm sit momenti ostendi / Reliqui proximae septimanae dies Disputationi Inaugurali de Certitudine Iustificationis & Gratiae me Praeside 22 Novembris habitae inpendendi fuerunt / [die] 26 Nostrae & Pontificiorum de Iustificatione doctrinae comparationem institui / [die] 27 Egi de quidditate fidei & Iustificationis doctrinam tertio Decembris absolvi / reliquum vero tempus duorum Theologiae Candidatorum Promotio 10. Decembris me decano celebrata, & alia Facultatis Theologiae negotia occuparunt / Fridericus Ulricus Calixtus Doctor manu propria |
| Quelle | 37 Alt 2493, fol. 15-16 |

## Zitierhinweis

Prof. Friedrich Ulrich Calixt. In: Wissensproduktion an der Universität Helmstedt. Forschungsportal zur frühneuzeitlichen Universitätsgeschichte. Hrsg. von der Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel. 2010–2013. Relaunch 2026. Permalink: https://uni-helmstedt.hab.de/prof-34-calixt [22.08.2026]